

hominem & cetera mundi creaturam.

III QUÆSIT DIFFERENTIA PARADISORUM

¶ Unus est terrenus paradysus. ubi primorum hominum
corporaliter uita exiit. Alter caelestis. ubi anime
beatorum statim ubi corpore exeunt transferuntur.

Atque digna felicitate lacuantes expectant receptionem
corporum suorum. De hoc paradysodni ad latronem dicit.

hodie mecum eris in paradiso.

ORIGINALI autem primi hominis culpa nos de pa-
radiso expulit. & in hac exili perigrinatione deiecit.

Inde est quod praeuaricationis suae reatu adstringimur
unde & merito sententiae debitae poenam aeternae

praeuaricationis exsoluimus. nam ita primus est homo.
conditus. ut praugmentum aeternae sine medicina morte

debita corporalis paradysus commutaretur ad uitam caelestem.
SED QUIA hoc bono contentus esse noluit.

protinus suae conditionis merito caruit. mox tamen que
geminatae uis & carnis inuenit. Ignorantia ueri. & uisus

tatem obtinuit. Atque omnem progenem peccati sui
praeuaricatione transmisit. non tantum in his qui post

prio delinunt arbitrio. Sed & in illis qui nondum
implicari ualent actuali peccato.

IN DEEST quod paruulis lauacri gratia conceditur.

quia & si non est illis peccatum proprii operis inest
tamen originaliter noxa patris praeuaricationis.

Unde & propheta dauid ex se ipso. & humanum
genus deplorans conqueritur dicens. Iniquitatis

conceptus sum. & in peccatis peperit me mater mea.